Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Ciriaco

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

nū quo exeā & quo uadā. Cui donat'
Vn̄ huc uenisti. Cui demō. De hereno
& scō. Illuc relatur. Et demō. Video
signū crucis inter ex quo ignis exit
q̄ me terret & p̄ timore ignoro quo uadā.
Sz da m̄ loc̄ exeundi & exeo. Cui donā
tus. Ecce habes transitū redi ad lo
cū tuū. & uniuersā domū cōcuciens
exiuit. ¶ Cum quidā mortuus efferret'
aduenit quidā cū cyrographo as
serens deberi sibi ab ipso solidos ducē
tos et nullatenus ipm̄ sepeliri sine
bat. Qd cū uxor ei' uidua scō donato
cū lacrimis indicasset ad uingentis qd
hō ille totalit' pecuniā recepisset. ac
surgens ad locū iuit. & manu defunc
tū tangens ait. Audi me. Ille rñdit.
Ego sum. Et scs donatus ad eū. Sur
ge & uide quid agas cū hōie isto. qui
te sepeliri n̄ sinit. Ille q̄ residens cū
de solucōe debiti corā oīb; conuicit.
& cyrographū arripiens manu sca
dit. Deinde dix' scō donato. Iube
me iam p̄r dormire. Vade amice fi
li requiē. ¶ Eo tp̄e cū fere tribus
annis n̄ pluisset. & sterilitas magna
eēt. infideles ad īpatorē theodosi
ū conuenerunt. petentes ut s' donatū
traderet. qui parte magica hoc fe
cisset. Ad instanciā igitur impato
ris donatus egressus. deum exora
uit. & pluuiā copiosam dedit. & t'
ceris infusis. ip̄e siccis uestib; do
mū redijt. ¶ Cū aūt Goti eo tp̄e
ytaliā deuastarent. & multi a fide
xp̄i recederent euadrateanū p̄fectus
a scō donato & hyllarino de aposta
sia reprehensus. scōs eos cepit. com
pellens eos ut ioui imolarent. Eos
cū renuerent. hylariū expoliatū
tā diu cedi fecit q' usq; sp̄m exalaret.
Donatū uo in carcere reclusit. & post
modū eū decollari fecit. De scō Ciriaco C
Cyriac' a marcello pp̄ dyacon' ordina
tus aphensus & ad maximiū deduc
tus. iussus ē cū socijs suis ut t'rā foderet
& ad locū qui ibi cōstruebat' suis cū
humeris deportaret. Ubi erat scs Satur
nus senex. quē cyriacus & sysinius ad
portandū iuuabat. Tandē ī carcere re
clusus p̄fcs iussit cyriacū p̄sentari. &
& cū eū appiān' eduīet subito uox cū
luce de celo ueniēs. Venite bndici
p̄ris mei & c. Et appian' credidit &
baptizari se fecit. & ad p̄fcm̄ cōfitens
xp̄m uenit. Cui p̄fcs. Nunq̄ cu tu sci
fcs es. Cui rñd. Ve m̄ q' pdidi dies
meos. Cui p̄fcs. Ve q'd m̄ pdes dies
tuos. & iussit eū decollari. Saturnū
& sysiniū cū sacrificare nollent. diu
sis supplicijs affecit. tandē decollari
ƺ. ¶ Filia aūt dyocleciani nōie arthe
mia cū ademonio uexaret' clamabat
in ea demō dicēs. Nō exeā n̄ cyriacus
dyacon' ueniat. Qui ad eā adductus ē
cyriacus. Cui demō rñd. Si uis ut
exeā da m̄ uas aliq' ingrediar. Rnd
et cyriac'. Ecce corpus meū si potes
ingredere. Cui demō. In uas tuū ītra
re n̄ possū q' undiq; ē signatū &
clausū. Si eicis me. faciā qd in baby
lonia faciā te uenire. & cū coact'
exisset. arthemia clamauit dicens.
q' dm̄ quē p̄dicat cyriacus uideret.
Cū q' illā cyriacus baptizasset. et gra
dyoclecianū & serene uxoris sue in
domo q' ei dederunt securus uiueret. ve
nit nuncius a rege. ad dyoclecianū
rogans. ut ad se cyriac' mitteret
q' filia sua ademone uexaret'. Ad

post hec Dyocletiani Cyriacus cum Largo et Smaragdo navi impositus necessariis in Babiloniam letus venit. Cumque ad puellam pervenisset, demon per os eius clamavit dicens: Fatigatus es Cyriace? Cui Cyriacus respondit: Non sum fatigatus, sed ubique dei auxilio gubernatus. Ait demon: Tamen ego quo volui te perduxi. Tunc dixit demoni: Imperat tibi Ihesus Christus ut exeas. Et statim egressus demon dixit: O nomen terribile quod me coactat exire. Et sic sanatam puellam cum patre et matre et multis aliis baptizavit. Et cum multa sibi munera offerrentur, recipere noluit. Sed xlv diebus ibidem in pane et aqua ieiunans tandem Romam rediit. Post duos autem menses Dyocletianus defunctus est. Cui Maximianus succedens, iratus de sorore sua Arthemia, Cyriacum comprehendit et nudum et cathenis ligatum ante currum suum trahi iussit. Sed de Maximiani ducet crudeliter pro tanto, pro dicta filia Dyocletiani que sibi successit, et eius filiam habuit in uxorem, que Valeria nuncupata est. Deinde iussit Carpasio vicario ut ipsum cum sociis sacrificare compelleret aut diversis suppliciis occideret. Et cum picem super caput eius liquassent et in eculeo suspendissent, fecit Cyriacum cum omnibus suis sociis decollari. Carpasius autem cum domum sancti Cyriaci impetrasset et ad derisionem christianorum in loco ubi Cyriacus baptizabat se balnearet et epulas cum xix sociis celebraret, subito omnes mortui sunt. Et extunc clauso balneo christiani timere et venerari ceperunt.

De nomine

Laurentius dicitur quasi lauream tenens, que est corona de lauro facta. Quia olim de hiis triumphis victores coronabantur. Hec arbor est victorie ostensiva, continua viriditate amena, odore grata et efficacia virtuosa. ¶ Dictus igitur Laurentius est a lauro, quia victoriam obtinuit in sua passione. Unde et Decius confusus dixit: Puto quia iam victi sumus. Viriditatem habuit in cordis mundicia et puritate. Unde dixit: Mea nox obscurum non habet. Odorem perhennis memorie perpetuitate. Unde de ipso dicitur: Dispersit, dedit pauperibus, et iustitia eius manet in seculum seculi. ¶ Vel secundum Maximum: Quomodo non in eternum manebit iustitia, quam et sanctis implevit operibus et glorioso martirio consecravit? Efficaciam virtuosam predicatione, per quam Lucillum, Ypolitum et Romanum convertit. Huius autem arboris efficacia est quod calculum frangit, surditati subvenit, fulmen non metuit. Sic Laurentius frangit cordis duritiam, spiritualem reddit auditum, protegit a fulmine sententie reprobationis.

De sancto Laurentio

Laurentius martir et levita genere hyspanus a beato Syxto Romam deductus est, sicut dicit magister Io. Beleth. Cum enim beatus Syxtus in hyspaniam profectus esset, duos iuvenes ibidem repperiens, scilicet Laurentium et Vincentium eius cognatum, morum honestate compositos et in omni actione preclaros, ipsos secum Romam adduxit. Quorum alter, scilicet Laurentius, Rome secum remansit. Vincentius vero eius cognatus in hyspaniam rediit et in glorioso martirio vitam finivit. Huic autem positioni Io. Beleth repugnat tempus martirii, videlicet Laurentius sub Decio, Vi